

## PRÆFATIO.

librum emittere, & in publico proponere. Sistet ille (quem-  
admodum in opere nostro de Inventis Nov - Antiquis, sive de  
Novis Inventis, quorum accuratiori cultui facem prætu-  
lit Antiquitas, quod Lipsiæ Anno MDCC in 4to lucem  
aspexit, promissimus) rationem tractandi I. per Dialogos,  
quo etiam Dramata pertinent. II. per Apologos, ubi ob com-  
mentandi affinitatem & fabulæ Romanenses, & fictæ Respubli-  
cæ simul examinantur. III. per Satyras, quarum historia  
a nonnullis promissa quidem, sed nondum concinnata prodiit.  
IV. per Characteres sive notationes, παραίτεςιν, Præcepta,  
Aphorismos ac Gnomas. Huc referuntur quoque Adagia,  
Apophtegmata, Symbola, Emblemata, Hieroglyphica,  
Ænigmata atque Inscriptiones. V. per Paradigmata seu  
exempla. VI. denique per Apodixin & demonstrationem,  
quam methodum systematicam vocant. Quod superest,  
vale Lector Benevole, hisque contemplationibus, se  
placet, mecum frueri.

Ordo